



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Epitome De Fide Et Operibvs, Adversvs chimærica[m]  
illam atq[ue] monstrosam Martini Lutheri libertatem,  
quam ipse falso ac perditæ Christiana[m] appellat**

**Hoogstraten, Jacobus van**

**Coloniæ, 1525**

**VD16 H 4817**

Kolophon

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30498**

Huius rei diligēs lector facile intelligētīā capiet, si modo dī  
ctis nostris oculos attentos aduertat, In exēplis nāq; nris Mar  
tinianæ illationis ex gemina radice deficit cōsecutio, Vel em̄  
media assumpta eo pacto nō sunt ad finē consequendū homi  
ni necessaria, quia finē iā adeptus est, & eo nimis noie homo  
ad talē finē cōsequendū nulla prorsus re indiget, id qđ in pri  
mo nro accidit exēplo, Vel certe media proposita ad finē asse  
quendū nequaq; sunt idonea, & ea lege ad talē finē assequen  
dū homo eis nō indiget, id qđ in reliquis nris cōtingit exēplis  
His tamen nō obstantibus, media utrinq; assumpta, sunt ho  
mini ad alios fines apprime necessaria, Ita sane cōtingit in pre  
senti materia, Vnde & ea occasione Martinus nō modo tur  
piter, uerū contra scripturas etiā pueriliter lapsus est, ut mul  
tifariā ostensum est, Iustus etenim etsi nō egeat bonis operi  
bus, ut iustus fiat, nēpe qui iā iustus est, Sunt tamen ad alia iu  
sto bona opera necessaria, Similiter & homo nondū iustifica  
tus, etsi nō egeat quæ de genere bonorū sunt operibus, ut per  
ea iustificet, sunt tamen ad alios fines eidē necessaria talia ope  
ra, prout, tā de iusto q̄ de nondū iustificato, supra, cap. 18. ostē  
dimus, Proinde sicut in exēplis nostris uanū est & friuolū in  
ferre hominē ab oculis a tributo, a sapiētia esse liberū, ita sane  
Martin⁹ uanissime cōcludere nititur, hominē esse liberū a bo  
nis operibus Christianæ legis, quando tam multiplici operū  
seruituti & necessitati remanet subiectus, sic uolente deo opti  
mo maximo, qui regnat in secula benedictus, Amen.

Coloniæ in officina honesti ciuis Petri Quentel  
Anno. M. D. XXV.  
Mense Maio.